

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Enoch Hützing Johann Friedrich Stricker

Collegii Biblici Privati Primi Mosaici, Genesin In Aphorismos Redactam Exhibitentis

Disputatio Secunda : Ex Capite Secundo Geneseos

Rostochii: Meder, 1637

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747229341>

Band (Druck) Freier  Zugang 

Vert.: J. Stevens

E. Hützing.
R. U. theol. 1637. 38.

COLLEGII BIBLICI PRIVATI
PRIMI

49
MOSAICI,
GENESIN IN APHO-
RISMOS REDACTAM
EXHIBENTIS,

DISPUTATIO SECUNDA
EX CAPITE SECUNDO GENESEOS:

Quam,

IN SUMMI JEHOVÆ HONORE M,

P R A E S I D E

E NOCHO HUTZINGO, SS. Theol. Li-
centiato & Professore,

Defendendam suscipiet

JOHANNES FRIDERICUS STRICERIUS, Utin. Holz.
Respondens,

*Ad diem 9. Decembris in Collegio Boreali horis
pomeridianis.*



R O S T O C H I I ,
Litteris, MICHAELIS MEDERI,

Anno clo. I c. xxxvii.





APHORISMUS I.

Πᾶς ἐκεῖνος τοῦ ζεργῆ οὐκ τῆς γῆς, quo creaturas suas sum-
pusis Δημιουργὸς instruxit & ὀλικῶς perfecit ac consummavit,
primum secundi capit is limen εστί, quod capiti primo ὁ προλει-
πός & additamenti vice historiologo nostro subnectere placuit.

Disp. II.
JOHAN-
NES FRI-
DERICUS
STRICE-
RIUS
Holt.

II.

Exercitus nomine v. i. Metaphorice veniunt creaturæ, respe-
ctu creatoris sic dictæ, Spiritibus angelicis etiam non exclu-
sis, utpote nomine τὰς σερπῖτας σεργίας expressè insignitis Luc. 2, 13.
Confer i. Reg. 22, 19. & Nehem. 9, 6. Ut enim Imperator militante
& serviente cohonestatur exercitu; Ita Jehovah יְהוָה Dominus
exercituum, creaturarum omnium utitur pro piorum commodis
ministerio, & militari contra impios executione, Syrach. 39, 30
& seqq. cap. 40, 10. Esa. 37, 36.

III.

Κατάπυνοις v. 2. יְהוָה, Deo tribuitur metaphorice & nra'
ἀνθρωπίδαις, notatq; cessationem ab opere creandi novas rerum
facies & species; cum enim homines simus condescendit nobis
Deus, ut nos ei consurgentem ad εἰς χήν divinarum rerum per hu-
mana ab omni imperfectione purgata attollamur. Sic per
eandem figuram membra corporea Deo attributa incorporaliter si-
gnificare, affectus Deo attributos non per affectum sed per effe-
ctum intelligendos & explicandos esse, Orthodoxi ad unum omnes
statuerūt Theologi. Ανθρώπαις οὖν ἀνθρώπινως ηγεθήδια λέγεται:
οὐδὲ ποιάδε κατηγορέμενα ἀνθρώποι παθῶς μὴ λέγονται, θεοπρέ-
πῶς δὲ νοεῖται, τοιούς νοεῖ Orthodoxæ antiquitatē.

IV.

Εὐλογία νερεὶς εὐεργητικὴ v. 3. quā diem septimum Elohim Gene-

farcha beavit, & Ἀγιασμὸς, quo cultui divino & saeris usibus & exercitiis eundem destinavit, ut sanctis V. T. Patribus sanctificandi Sabbathi Legem posuere; ita nos in Novo Instrumento ad solennem τῆς κυριακῆς ἡμέρας (Apoc. 1, 10.) sanctificationem, Christianæ pietatis Apostolica subnixa est τῇ ξείρᾳ instinctu in salute resurrectionis dominicæ μνημόνευμα invitant, & aeterni aeternæ gloriae Sabbathi in triumphante Ecclesia celebrandi vivam in nobis spem accidunt.

V.

Nomen Creatori Deo Patri, Filio & Spiritui S. proprium quod in v. 4. prima vice historicus noster יְהוָה usurpat & cum אלֹהִים emphaticissime conjugit, non per alia nomina Dei legendum, sed, ut scribitur, summa cum reverentia & gloria divina agnitione & celebratione pronunciandum esse statuimus, & quod prisci Israelitæ ab ejus pronunciatione religiose abstinuerint, solidè probari posse negamus.

V I.

In v. 5. notamus τῆς τοῦ ὑγιανότεροῦ λόγων συνταύτων βι-
βλιοῦ phrasin Metereologicam:

לֹא הַמְטִיר יְהוָה אֱלֹהִים quæ pluviae au-
torem Deum ter Opt. Max. nobis inculcat, ne causis naturalibus ni-
mium affixi seponamus ex oculis, τὸν δὲ νεφέλην ἐπὶ τὴν γῆν, ἀπο-
στράφων τὸν ὄντα τὴν υπ' ἐραύνην, Job. 5, 10. conf. Jerem. 14, v. 22.
Zach. 10, 1. Wolfgang. Franzius in aureo suo tract. Theolog. de
interpret. Sacrarum Scripturarum maximè legitima, pag. mihi
83. Optimus Aphorismi hujus nostri interpres est, ita piè differens
De pluviis, & nive, & grandine, de tonitru & fulgure apud autores
profanos notæ sunt phraseologiae; plerumq; enim utuntur hisce for-
mulis, pluit, grandinat, tonat, fulgurat, ex quibus pueri Christia-
norū assueverunt & usurpant in communi lingua has, es Schneyet/
es Regnet/ es Donnert/ es Blizet/ es Hagelt/ es Schlosset: Verū e-
nim verò

nimvero cogitationes nostras sacra littera deducunt per phrasēs hæc
in parte ab ipsis adhibitas longè altius & sanctius in ipsam meditationem supremæ causæ efficientis in Deum, ut hoc pacto doceant
invocare Deum inter colloquia promiscua & gratias agere Deo in-
ter eadem vulgata colloquia &c. vid. ibid. plurima exempla in al-
legato loco.

VII.

¶ v. 6. vaporem & humorem notat è terra prodeuntem
qui haud dubie ex terra recens aquis liberata elicitus fuit, vi calo-
ris à luce illa δέχεται infusit, quippe quæ die tertio adhuc vicem
Solis tenebat; hujus vaporis è terra surgentis & exhalantis inter-
ventu germina & herbas à se productas vegetavit ac fœcundavit
Jehova Elohim Creator, sine pluvia adminiculo & absq; humane
culturæ ac irrigationis opera.

VIII.

Jehova Elohim Μυρόστρων Μακεδόνιος dominum ac ho-
spitem distinctè secundum distinctas partes essentiales creaturus,
prius figuli in morem corpus è gleba format terrena, tanta arti,
tantaq; sapientia, ex vilissima licet materia, merissimo pulvere, li-
mo & luto elaboratum, ut quo ad formam nihil eleganter, nihil no-
bilius, nihil pulchrius figurari potuerit. Moses ad miraculosam
hanc formationem caput humanum longissimè excedentem sine
dubio respexit, quando corporis humani εν γῆς κοινῷ. Cor. 15, 47.
fabricam non sine singulari emphasi sic describit וַיַּצְאֵר יְהוָה
אֶל־הָיָה אֲחֵר־הָאָדָם עַפְرָטָן־הָאָרֶבֶת
Hic nimurum
caelstis ille est duximus וְעַפְרָטָן πάντα ποιήσαν, ὑπὲρ ἐπίπε-
ρισσας, Eph. 3, 20. ὑπὲρ ὡς, ὑπὲρ λέγον, ὑπὲρ οὐτόληψιν.

IX.

Corpus hominis ante lapsum fuit αὐτάρατον, non αὐτῶς (sic
solus Deus habet αὐταραῖς 1. Tim. 6. v. 16.) sed καὶ οὐ ex Creatoris

A 3

nimirum

num irum voluntate & ordinatione divina, & εἰς τοιχέρως περπε-
τικὲς ὁbedientiæ & integratiæ; ἀΓάνατον, inquam, fuit non advo-
catus moriendi, sed potentiam non moriendi, scilicet si decretū summi
Legislatoris non violasset homo, nūc verò quia cause mortis proxi-
ma, quæ in statu innocentiae ad unam omnes aberant, in actu posse
necessariam effectus consequentiam importat, corpus nostrum est
Ὥητὸν non ex conditione στοιχίου, sed ex pœna αμαρτιῶν; μὴ γὰρ
ἐψώνια τῆς αμαρτίας ἀΓάνατος, Rom. 6. 23.

X.

Altera pars essentialis τοῦ πνεύματος ἀΓάνατος primi
hominis anima per נַפְשָׁת חַיִּים (πνοὴν ζωῆς LXX.) intelli-
genda, ut ex Dei essentia non defluxit ita non ex elementari produ-
cta est materia, sed tanquam πνεύμα αὐθαρέτον ex nihilo facta est,
ita ut Jehovah Elohim Creator glorioſissimus, inspirando animam
rationalem cum potentiis conderet, & condendo inspiraret; v.
7. בָּרוּךְ הוּא רַבָּה אָרֶם לְנַפְשֵׁת חַיִּים
ζωῶν, ita LXX. ita Paulus 1. Cor. 15. 45. h. e. vivere cœpit homo
vita vegetante, sentiente & rationali.

X I.

Animas hominum non amplius αμέσως per inspirationem cœ-
litus infundi, eo modo quo Adamo anima obtigit; sed mediante a-
nima parentum ordinariè propagari, divina διαρρήση docet benedi-
ctio Gen. 1, 28. expressa פְּרוּ וּרְכֻבוּ אֲלֹהֵינוּ מְלֵאָנוּ: que
verba εὐλογίας divinæ tantum de corporum humanorum propagatione
interpretari velle, absurdissimum est. Lubenter interim fa-
temur, nos propagationis animarum rationem explicitam non tene-
re, ut qui non ignoramus, totum illud opus generationis hominis
hujusmodi scatere miraculis ut omnem rationis humanæ modum
transcedat.

X II.

Παιεδίοντος quasi καρπόδωμον i. e. hortus irriguus dili-
genter

genter conceptus & consitus, optimus & pulcherrimus fuit habita-
tionis locus, Homini totius universi centro, à Jehova Elohim Pla-
tatore assignatus, non angustum terræ spaciū, sed universum
propemodum totius Orientis tractum, ut pote meliorem ac nobilio-
rem orbis partem (בָּקָרְם) sine dubio complexus, per diluvium
abolitus, cujus quatuor metae, ex uno in Paradiſo fonte
è terra scaturiente procedentes, jam non ex uno amplius, sed diver-
sis & longo intervallo à seremotis invicem fontibus exoriuntur.
Uti enim in Cataclymso tota terra facies mutata fuit, ita quoq; flu-
viorum scaturigines & fluvii ipsi sunt mutati, nonnullæ enim sca-
turigines penè obturatae sunt & quædam novæ excitatae.

XIII.

Ut arborem vitæ in Pharmacum primis hominibus fuisse
concessam, ita arborem scientiæ boni & mali, non malitiæ & boni-
tatis causam, sed objectum obedientiæ humanæ fuisse statuimus in
v. 9. & 17.

XIV.

Lex de non comedendo veritæ arboris fructu ut prima fuit in-
ter omnes, ita reliquarum omnium matrix extitit v. 16. & 17.

XV.

Heva חַיָּה Andis, vira, ex viri præternaturaliter dor-
mientis costâ, carne non tantum operâ sed & animatâ, ante le-
gem de arbore verità traditam, adificando creata & ad Adamum
adducta est ab ipso summo Jehova Elohim Pronubo, Patre & E-
piscopo mirabili, ut & Bonifacius τὴν πείρατην ἀνθρώπων ὄμοιος, & uni-
ca virago cum Viro & Marito unico esset eis σάρκα μια v. 18,
20, 21, 22, 23, 24. confer Novum Testamentum lucem Veteris Mat-
19, 5. & Sanctam Matrimonii Deo placentis institutionem gratâ
mente agnosce.

PROBLEMA.

An in Ὑρωπαδεῖᾳ singulare sapientie sua specimen ediderit
primus noster parens? affirm. CO

COROLLARIUM.

Statuimus Calvinum alias non in omnibus Orthodo-
xum, sobrium agere Theologum, quando miraculosam
ayum ex aquis creationem in suo in caput primum
Geneseas commentario his masculè defendit verbis:

Hoc videtur rationi parum consentaneum, quod
Moses refert aves produsse ex aquis: ideoque ab homi-
nibus nasutis arripitur ad calumniam. Verum etiamsi
nulla alia ratio constaret, nisi quod ita Deo placuit, annon
decebat nos ejus judicio acquiescere? cur ei qui ex nihilo
mundum creavit, non licebit aves ex aqua educere?
& quid obsecro habet absurdius, origo avium ex aqua,
quam lucis ex tenebris? Ergo qui creatoris protervè ins-
ultant, judicem expectent, qui eos in nihilum redigat.
Quanquam si physicis rationibus pugnandum sit, aquam
scimus aëri magis affinem esse quam sit terra. Sed audiendus
est potius Doctor Moses, qui ex consideratione ope-
rum Dei nos in admirationem rapere voluit. Et sanè Do-
minus quamvis naturæ autor sit, minimè tamen in crea-
ndo mundo, naturam ducem secutus est: sed potius ea,
potentiae suæ documenta edere voluit, quæ
nos in stuporem coge-
rent.

Tῷ Θεῷ μέντοι Δόξα.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn747229341/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747229341/phys_0012)

DFG

genter conceptus & consitus, optimus & pueris
tationis locus. Homini totius universi centro
tatore assignatus, non angustum terrae sp.
propemodum totius Orientis tractum, ut pot
rem orbis partem (בָּקָרְם) fine dubio
abolitus, cuius quatuor ~~τομαὶ~~, ex u
e terras scaturiente procedentes, jam non ex
sis & longo intervallo à serotinis invicem
Uti enim in Cataclysmo tota terrae facies mi
riorum scaturigines & fluvii ipsi sunt muta
turigines penè obruratae sunt & quædam no

XIII.

Ut arborem vitæ in Pharmacum pri
concessam, ita arborem scientiæ boni & mali
tatis causam, sed objectum obedientiæ huma
næ. 9. & 17.

XIV.

Lex de non comedendo veritatem arboris fi
ster omnes, ita reliquarum omnium matrix e

XV.

Heva חַוָּה Andpis, vira, ex viri pra
mientis costâ, carne non tantum operâ sed et
gem de arbore veritatem traditam, adificando ca
adductæ ab ipso summo Jehova Elohim. I
piscopo mirabili, ut & Bonjds τις πεύτης αὐθό^ν
ca virago cum Viro & Marito unico esse
20, 21, 22, 23, 24. confer Novum Testamentum
19, 5. & Sanctam Matrimonii Deoplacenti
mente agnosce.


PROBLEMA.

An in ὀροπέδεσσι singulare sapientia
primus noster parens affirm.

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 032

Inch mm



it habie
obim Pla
iversum
c nobilio
r diluviu
o fonte
sed diver
oriuntur
quo flu
enim sca

fuisse
& boni
uiimus in

a fuit in
17.

ter dor
ante le
Adamum
re & E
& uni
av. 18.
is Mat
m gratia

ediderit
CO